EPIGRAMMA

IN DAVIDEM

ILLVSTRISSIMI DOMINI

H. A BVRGVNDIA

COMITIS

FALLESII, &c.

CÆlicolûm regem ſeu bellaturus adoret,
Seu celebret feſtâ parta trophæa lyrâ;
Siue reus noxæ ſua crimina ploret adulter,
Et ſatagat læſum conciliare patrem:
Seu laudes, gratesque palàm perſoluat I'HOVÆ,
Et populum exemplo prouocet ipſe ſuo.
Hæc ita Ießides numeris ſimul omnibus explet,
Aptiùs vt pietas expleat ipſa nihil.
Ipſius at verò Ießidæ inſigne duellum,
Illicitosque ignes, ſanguineumq; nefas:

Et

Et gemitus tristes, lacrumasque à funere amaras,
Diceret ex merito qui bene, nemo fuit.
Nemo fuit, solus BVRGVNDI NOMINIS *heros*
Augustum augusto carmine adiuit opus.
Atque ita perfecit, Rege admirante Prophetâ,
HERMANNI *numeros, credat vt esse suos.*

MAXÆMILIANVS VRIENTIVS.

DAVI-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf